fecit Jobus, innocens esse desit? Sic sexto capite secundi libri Samuels (2. Reg. c. 6, v. 25): *Igitur Michol filie Saül non est natus filius, τών, usque in diem mortis sua: an die mortis sive filios parere optat Michol?* Imò vero perpetua ejus significatur sterilitas, cum mortis intervenerit, quam cùm obiit Michol, sterilis esse non desit, sed longè magis sterilis facta est, utpote qua in vivis esse desit. Sic apud Homerum (Iliad. a.) Agamemnon Chryseidem se patri redditum negat, quoad ipsam Argis apud se telam texentem senectus invadat; quod perinde esse docet Eustathius, ac si nunquam se redditum dixisset. Si Achilles (Iliad. 2) nulla sibi futura dixit cum Hector fœderá, quod alterum conferret. Multa in eam sententiam colligit Hieronymus (adv. Helvid., cap. 5), quibus impi Helydiū obtrivit luxuriam, et veram sententiam celebrerunt huius loci defendit, in quo de Josepho et Maria ita disserit Matthaeus cap. 1, v. 25: *Et non cognoscet eam, donec peperit filium suum primum*; an post uxoris Marie partum eam cognovit Josephus, quod sentiebat impius hereticus? handquācum certè; verò perpetuum Mariæ virginitatem predicanus Evangelista, cum interventu partis, quo primogenitum suum edidit. Ergo vocis huius similem intellectum esse vult Caetanus in Jacobi vaticinio, assentientibus recendorum Judeorum eruditissimis, ut sensus hic inde exsurgat; imperi firmam et perpetuam possessionem tribus Iuda prouidit; quod à Davide, posteriorus ejus per aliquot atates gestum, et ad alios deinde nonnumquam translatum est, cimique ab his gereretur, merè terrenum erat; tunc permanentem ad Messiam, unum ex ipsius posteris, consumerunt; quos jamjans sumus adorturi. Sic intellexerunt etiam R. Moses ben Nachman, ejusque sequaces, qui vocibus *τών* et *καταράς*, *sceptrum et dux*, notari volunt sāvi imperia, quibus uniques gens eorum premuntur, queque veniente Messia abroganda sint. Idem præterea Nachmanides, et R. Bechai, hunc ex ea prædicatione sensum elici posse crediderunt, licet non semper Israelis imperium teneat tribus Iuda, non alios tamen quam tribulus Iuda legimus id arreputamus, donec oriatum Messias. Sic intellexerunt denique, qui *ιδούτερας* sceptrum Iude promissum esse ratum sunt ad Christi usque adventum, si nimis Dei prædicti morigerant se tribus illa præstet. Quæ quānae inceptu omnia sint, et proximè à nobis refellenda, perpetua tamen ille prisorum Rabbinorum cum sanctis Ecclesiæ Patribus consensus, et constans ac *παραπομπεῖς*, tradidit in assignanda Jacobæ huic prædicti notâ ac significatione temporis ortus Messias, nihil non videatur temere spernenda. Aliud præterea vitium in hanc Caetani sententiae, quod nimis illud Jacobi verbis, *sceptrum et dux*, duas res planè diversas signari potest, regnum nempe temporarium et regnum aeternum. Itēt nullam distinctionem interpositam notam assignet, quā alius sacerdatur ab alio, temporarium ab aeterno; nullam conjunctionis, quā duo haec prorsis disjuncta simul comprehendendi debere approbet.

7^a Expositus precipuis nostrorum hominum interpretationibus et sententiis, ac explosis, nostra nunc propompenst superest, suisque probatioibus et argumentis instruenda. Res quatuor dieo his notari Jacobi verbis: *Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de feme ejus, donec veniat qui mittendas est, et ipse erit expectatio gentium*. Prima prædictionis pars haec est;

*Non auferetur sceptrum de Iuda, quā aeterna sceptri possessio Iudea spondetur. Alterum prophete membrum hoc est : *Et dux de fenero ejus, quo temporarius et caducus Iudea presignificatur principatus. Tertium est istud : Donec ventus qui mittendus est, quo temporari bujus regni finis et Messie adventus predicuntur. Postremum hoc : Et ipse erit expectatio gentium, quo Messia regnum, non Chamaecca terra claudendum angustis, sed quaquaversus per omnem orbem patens, et spiritale futurum nuntiatur. Hiarum quatuor predictionis partium inobseruata distinctio, maxima opinione diversitatem nec minorem rerum perturbationem ac confusione peperit. Canticum subtilius legitimus primi, secundi ac postremi membris sensu, quibus regnum Iudea ex temporario aeternum, ex terreno spiritiale promittitur. Sed tertii sententiam, quo mutatio isthac et tempus adventus predicuntur, non officit. Temporari et terreni regni pollicitationem his inesse, ac non praeterē temporis quo produtus erat Messias, pveriderunt plerique interpretes, ac ferē omnes ; reliqua non attigerunt. Cautē huc distinxeris, omnibus angustis ac difficultatibus nullo negotio te expediueris. Sed plenum illi ut fiat, accuratis perscrutanda loci sententia est. Dico priorem oracula partem : *Non auferetur sceptrum de Iuda, generale quippe proponere, et Iudam erigere in spem aeternae regni possessionis posteris tribuenda; sed ita tamen ut modum, quo contingat aeternitas isthac, non exponat, nec regni hujus genus designet, futurum sit spirituale, ac temporarium. Pars altera à genere et indistincto rerum propositione descendit ad species, et promissi principatus naturam enucleare definiat. Nam verba isthac : *Et dux de fenero ejus, temporium quid denotant et caducus, huic manū generationem et personam mortalium successionem reparandum. Sic enim suprā intelligendum esse dixit, de fenero ejus, sive, ut sonat Hebraeorū, de inter pedes ejus ; quod verit̄ Jonathan, de semine ejus, Onkelos et Hierosolymita, de filiis eorum. Deinde dictio *¶¶¶¶¶*, quam Vulgata interpres exponit dux, alius quid sonat ac *¶¶¶¶¶*, sceptrum, quod precedit, ut proximè ostendat : hoc enim regnum dignitatem simplier scit, illud potestem dimitaxat tradendorum preceptorum, et iuriū dicendi ac prescribendi, ut significetur principatum temporarium ac terrenum, quo potiuti erant Iudea posteri, angustum fore, accusum, et sep̄ alienis imperiis obnoxium, velut in Zorobabelo ; ita ut possit quidem jus dicer inter ius, sed supremo tamē imperio libero, omnię alia dominatioē soluto, et verē regio interdum exciderint, quod adasset Messias, per quem haec qualiscumque potentia abroganda era, juxta illud Osca, c. 5, v. 4 : *Dies multos sedebunt filii Israel sine rege, et sine principe, et sine sacrificio, et sine altari, et sine ephod, et sine theraphim.* At solū hāc potentia, nova constituta era per eundem Messiam, sed diversa et generis alterius, spiritualis nimis et aeterna, nullis temporum curricula definita, nullis locorum spatis contracta, nec jam Israelitas solū regens, sed orbis universi gentes****

ditione sive subjiciens. Id clarissimē predixit Amos, cap. 9, v. 8 et seq. : *Ecce oculi Domini Dei super regnum peccatorum, et conteram illud à facie terra ; verum tamen conterens non conderam domum Jacob. Pollicetur Deus non confrumentum penitus domum Jacobi, sed ejus *¶¶¶¶¶* servaturum, quod eventu comprobatum est, primū dissipatis per universum orbem Israëlitum, quippe subiicit Amos : Ecce enim mandabo ego, et concuriam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro ; deinde terreno eternam et caducum imperio reformato in spiritale et aeternum per Messiam, Davidis nepotem et heredem ; subiicit enim Propheta : In die illa suscitabo tabernaculum David quod cecidit, et redificabo aperturas murorum, et ea quia cornerant instaurabo ; et redificabo eum sicut in diebus antiquis, ut possidente reliquias Idaem et omnes nationes, et quid invocavit sicut nomen meum super eos, dicit Dominus. Quamobrem addit Jacobus : Et ipse erit expectatio gentium. Designare autem isthac spiritalem et aeternam potestatem, cum alia plurima evincunt oracula Prophetarum, que recitabimur infra, cum Christi legem et regnum, spiritualia fore et aeterna demonstrabimus, tum istud maximē est Psalmus septuaginta primo, v. 4 et seq. : *Deus, iudicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis... et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine utque ad terminos orbis terrarum.... et adorabitis eum omnes reges terre, omnes gentes servient ei ; quae de Davidis et regnum Hebraeorum ipsius successorum regio sum non possum : ne enim id ad terminos orbis terrarum propagatum est ; nec omnibus regibus terra, omnibus gentibus iura posuit ; at aliud quoddam regnum notatum, tantum quantum nullus unquam rex obtinuit, quod tamē posterioris Davidi obtinebit. Clarum hoc quoque est Psalmus octogesimus octavo, v. 21 et seq. : *Inveni David seruum meum ; olo sancto meo uxori eum... et ego prouinciam tuam illum, excelsum pro regibus terra. In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidei ipsi*, et ponam in seculi seculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cali. Memorabilis verò et proorsus apposita ad rem nostram vaticinatio Ioseph Isaiae, cap. 9, v. 6, 7 : *Parvulus enim natus est nobis, et factus est principatus super humerum ejus, et vocabit nomen ejus, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis ; super solium David et super regnum ejus sedebit, ut confermet illud, et corroboret in iudicio et justitia, à modo et usquē in sempernum. Ecce Davidis regnum Messiae spondetur in posterum tempus, sic ut postquam ad ipsum perveniret, nullo casu intercidat, sic ut immensum sit ac pacificum, ut iudiciorum equitatem firmetur, et per Messiam, Deum fortē et admirabilem, in perpetuum administretur. Quibus succedit Daniel, cap. 7, v. 15, 14, cīm ad Antiquam dierum Filiō hominis dedisse potestem, et honorem, et regnum ; omnes populos, tribus, et linguas ipsi servituras ; potestatem ejus fore aeternam, nunquam ab eo auferendam, nec regnum ejus unquam iri corruptum. Etsi testimonia hæc, aliaque multa hæc***

pertinentia in frā sum corrasurus in hoc Parallelismo, alistinere tamen non possum, quin et istud Jeremie, cap. 55, v. 20, 21, quod causam hanc juvāt, in aecessum profaram : *Hec dicit Dominus : Si irritum potest fieri pactum meum cum diis, et pactum meum cum nocte, ac non sit dies et nox in tempore suo ; et pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo, ut non sit ex eo filius qui regnē in throno ejus. Adam et hoc Michæe, c. 5, v. 2 : Et tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es in milibus Iuda ; et ex te milius egredietur, qui sit Dominator in Israel, et gressus ejus ob initio, à diebus aeternitatis. Duo hic praedictantur, quae in Jacobeo itinerante oraculo predicta sunt : proditorum nempe Messiam ē tribu Iuda, et aeterno regno potiturum. Quae et Maria Virginis pollicitur est angelus Gabriel, cum de Christo ex eis nascendo talia preannuntiat (Luc. c. 1, v. 22, 53) : *Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dominus Deus sedens David patris ejus, et regni ejus non erit finis. Quorum promissorum memores Christi discipi, postquam hinc vita restitutum viderunt, interrogabant cum dicentes : Si in tempore hoc restitues regnum Iuda? (Act. c. 1, v. 6.) Adjiciam præterē id Isaiae, cap. 41, v. 1 et seq. : *Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et repletus eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in justitia, et arguit in aquitatem pro mansueticis terre, et percutiet terram virgā oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiat impium. His appetissimē praedictar spiritale fore Messiae regnum, quācumq; salis est aeternum dixisse, ut spiritale intelligatur. Sententia nostrae plurimis lucis et horroris afflert illud Ezechielis, ē vicesimo primo capite, v. 26, 27 : *Hec dicit Dominus Deus : Asper cedarum, tolle coronam ; nomine hec est que hamitem sublevavit, et sublimē humiliavit. Iniquitatē, iniquitatē, iniquitatē ponam eam : et hoc non factum est, donec veniret cuius est iudicium, et tradam ei. Scedeam regnū Juda, qui postremus filiorum Davidis qui regnarebūt fuisse dicitur Josepho (Antiq. libr. 10, cap. 11), his perstringit Deus, et regio fastigio dejectum iū deuenit. Nam quod Vulgata redditū iniquitatē, si Hebraicum exemplar consulas, reperies *¶¶¶¶¶*, hoc est, perversam coronam videlicet, quam se conversum promittit Deus, temporarium nempe istam Sedeccia in aeternam, cūm est veneri de quo dixit Deus apud Isaianam, cap. 42, v. 1 : *Dedi Spiritum meum super eum, spiritus gentibus profectus* ; et Joannes, cap. 5, v. 22 et seq. : *Nec enim Pater iudicat quenquam, sed oīne iudicium dedit Filiae ;... et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.* Atque hunc coronam illam regum Iuda traditum denique Deus affirmat. Tum vero id evenit quod apud Amosum, cap. 9, v. 4, predixit Deus : *In die illa suscitabo tabernaculum David quod cecidit, et redificabo illud sicut in diebus antiquis.* Rivos hosce claudam, postquam reci-****

tavero voces magnas de celo editas, quas memorat Joannes in Apocalypsi, cap. 4, v. 15 : *Factum est regnum huius mundi, Domini nostri et Christi ejus, et regnabit in secula seculorum ; quibus temporium hoc regnum, Domino Iesu Christo attributum, et aeternum factum esse sine ambage declaratur. Et verò vel ipsa, quam tractamus, Jacobi predicio, si recte intelligas, rem conficit. Nam cūm praedicit desitum ducem de posteris Iudea, ejusque abolitum iri potest statim temporarium et terrenam prædecentem Messiā, à quo novum statuendum sit et erigendum imperium, alterius utique generis esse debet imperium illud ; aliquip nec prius abolere fuisse necessaria, atque id conditare potius dicetur Messias, quippe in eadē gente, iisdemque locis paternum administrans regnum, quibus novum fundâtur. Itaque dictio donec, rorū, quibus inserta est, cessationem significans, vim suam hoc loco deponit quidem in secundum oraculi membrum : *Et dux de fenero ejus, quibus terrena et caducua potest notari ; verum ad superiora isthac non prorogat : Non auferetur sceptrum de Iuda, quod regnum aeternum, nec à Messia abrogandum Iudea neplus pollicitur. Ergo querimoniis omnes ac dissensiones interpretationē hāc expositione sopnūs ; nam satisfaciunt, et qui notationem temporis ab oraculo Jacobi detrahī sine piaculo non posse censem, et qui regi Iudea, quod Prophetā perpetuum fore elamant, mutatione ac finem his preannuntiari nolunt.**

8° Quin et egregiū refellimus eos, si qui causalibus falsis esse hanc quam damos partis princeps Jacobī vaticinii interpretationem, quā aeternum posteris Iudea sceptrum sponderi volumus ; atque item secundum partis, qui statuimus iisdem promitti continuam ac perpetuan ducum sive dominorum ac principum ex eadē tribu successiōnem, que Messia temporibus finem sit habitura ; cūm certum sit à Jacobo ad David usque, et post solutam etiam captivitatem Babyloniam, principes nullus existit qui Israëlitū jura legesque posserint. At nos cūm firmam sceptri possessionem promissam Iudea posteris et attributam fuisse dicimus, *¶¶¶¶¶* quidem et mancipio ac proprieate ad eos pertinuisse intelligimus, etiam si *¶¶¶¶¶* et ususfructus ad alios interdum transierit ; atque id deinde regnum agnitionis iure Messiam recuperâtur, et velut debitū sibi hereditatem crevisse, at immutata, longèque auctiōnem ac nobiliorem, maximisque incrementis et insigni accessione amplificatam ; quā enim terrenam, angustum et temporarium reliquerat David, immensam, celestem, aeternam, nullusque deinceps mutationibus obnoxium Christum cepisse. Multabile enim fuit regnum Davidis et caducum, adeo ut id ex aetate tertiori heres non possederit ; perpetuum verò est illud Christi, neque ullis finibus circumscriptum, quod totum nos heredes quidem Dei, coheredes autem Christi (Rom. c. 8, v. 17) adiutri sunus. Ut autem Christi typus fuit David, quod inferius à me demonstrabimus, sic regnum Davidis typus fuit regni Christi ; seu regnum potius idem unumque primus ē tribu Iuda David obdūit, postremus Messias. Igūt

etsi ususfructus sceptri à tribu Iuda sit aliquando ablatus, ipsa tamen proprietas, ipsum ius auferri non potuit, illiusque aliquando per Messiam de se nascentem recuperandi spes in ea superfiuit. Atq[ue] ius ad sceptrum, sive sceptri *xerxes*, sceptrum recte appellari potest et solet. Dicere enim possumus non ablatum fuisse Anglia sceptrum à Stuwartorum gente, postquam in eam semel concessit, quamvis per multis annos Carolus II ex patri regnique regnare vixerit; nam tunc quoque ius suum retinebat. Hunc sensum, præter eos quos indicavimus Judeos, ferè secutus est Ockelos in interpretatione vaticini Jacobi de Iuda: dicit quippe non defutatos principes et scribam de tribu Iuda, in *eternum*. Secutus est candem expositionem R. Selomoh, eique conformato adultum locum hunc ex Danièle, cap. 2, v. 44: *In diebus autem regnum illorum suscitabit Deus coll[ig]at regnum, quod in eternum non dissipabitur, et regnum ejus alteri populo non tradatur.*

9^o Opponi quoque nullis potest id quod Caietano obiecto Pererius, non de spiritali potestate agere Jacobum, qui in Hebreo populo nunquam fuit; et ut fuerit in tribu Levi, non Iuda fuisse, sed tantum de terræna; hæc autem excidisse tribum Iuda, neque postea recuperasse, ne per Messiam quidem, cuius regnum non fuit de hoc mundo, quippe prognatus est hoc Iechoniam, de quo futurum praedixit Jeremias, ut nepotum ipsius nullus imperium teneat. At ista discutere facile est; temporarium enim solum et terrenam potestatem in Hebreo populo fuisse fatetur enim exortum Messiam, sed quo deinde in eternum regnum conversa sit per eundem Messiam, qui et ipse Hebreus fuit, Hebreis prognatus, tribulis Iudea, Davidis nepos; sic ut prior illa potestas, velut rudimentum esset quoddam et adumbratio posterioris. Quemadmodum enim Pharamundi successor verè est et habetur Ludovicus XIV, cuius imperii Francie felicissime gubernatur, licet hujus non minimum quidem ditonis partem temerit Pharamundi, alterice ac plane diverse regioni præfuerit; ita verus ac legitimus Davidici regni successor habendus est Christus, licet alterius generis imperium obtinere, presertim cùm hic Davidico sanguinis eret, quos fratum loco habere se profiteatur apud Mattheum 12, 50: *Quicumque, inquit, fecerit voluntatem Patris mei qui in celis est, ipsa mens frater, et soror, et mater est.* Haec fratres non semel appellata, cùm in Evangelio, tunc et in Psalmo vicesimo primo, v. 25, sub persona Davidis: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Unde et collocches Christi Paulus non esse ait. (Rom. 8, v. 17.) Ab his autem primum laudatus est, cùm prodigiosa cum patrarent opera asperxerunt; postquam autem viderunt eum ad vitam redire, tunc verè Deum esse cognoverunt, eoque nomina adorarunt. Quamobrem servos sc̄ Christi in Epistola sop̄ Apostoli profentur. Et nos hodièque, qui fidem ipsius ampli sumus, divinos ipsi honores exhibemus. Cervices verò inimicorum vel cedit, vel sub jugum mittit; quippe (Apo. c. 19, v. 11 et seq.) *de ore ejus prædictis gladiis ex utriusque parte actus, ut in ipso percute gentes, et ipse regat eos in virgili ferrâ... et certi occisi sunt in gladio sedens super eum, qui procedit ex ore ipsius.* Principe hujus mundi se foras ejectorum jactat. (Joan. c. 12, v. 51.) *Expoliavit principatus, et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in seipso.* (Col. c. 2, v. 15.) Quod et futurum præsenserat Balaamus, cùm dicere (Num. c. 24, v. 17): *Et percueriet duces Moab, vastabite omnes filios Seth; item David (Psalm. c. 17, v. 38 et*

seq.) : *Perseruerat inimicos meos, et comprehendam illos, et non convertar donec deficiant: confringam illos, nec poterant stare, caderent subius pedes meos; et præviciasti me virtute ad bellum, et supplantasti inarquentes in me subius me; et inimicos meos dedisti mihi dorsum, et odientes me dispersisti; et alibi (Psalm. 109, 1, 2): Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

Pergit Jacobus (Gen. c. 47, v. 9): *Catus leonis Juda; ad predam, filii mi, ascendisti; requiesce accepisti ut leo et quasi leono; quis suscitabili estum?* Que de Christi Iesu potentia dixerat: *Mans tua in cervicibus inimicorum tuorum, leonis comparatione illustrat, quo inter quadrupedes nihil validius, quippe caro principes et rex habent. Hæc ergo similitudine significatur et Christi Iesu robur, et regium genus, que ipsi competere in Parallelismo a nobis demonstrabitur. Ascendit ad predam, tunc cùm ex ore facilius, damnonique tyranneum humanum genus eripuit. Deinde victorie hujus modum, rationeque admirabat, cùm ait: *Requiesces accepisti ut leo, quo mortuus Christi exprimit; dormitionis enim a semi vocabulum mortem significare conseruerunt Scriptores sacri;* et utramque notionem habet Hebraica dictio **בָּשָׁר**; et somnis Homero dicitur **κρέας οὐκέτης**. Predicta Iesu morte consequens fuit ipsius redditum ad vitam predicere; quod et fecit his verbis: *Quis suscitabili estum?* ac si dicat: Non alius præter ipsum ac Patrem potest cum ad vitam revocare. Id sibi volebat Jesus, cùm diceret (Joan. c. 2, v. 19): *Solite templum hoc, et in tribus diebus excitable illud...* Ille autem dicebat de templo corporis sui; id Paulus, cùm Patris potentiam ac virtutem predicaret hoc modo (Eph. c. 1, v. 20): *Quam operatus es in Christo, succinctus illum à mortuis, et constitutus ad dexteram suam in cœlestibus.* Igitur Christum Iesum respiciebat Balaamus, cùm de Israele, unde ortum erat habituens, sic vaticinare (Num. c. 24, v. 5): *Accubans dormivit ut leo, et quasi levare quasi succidere nullus audiebat.**

Sic deinde futurorum predictionem Jacobus prosquiruit: *Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de nomine ejus, donec veniat qui mittendus est; et ipse erit expectatio gentium.* Hac iam sc̄ excessum. Addeamus ita tamen, gomini istis vocibus, *sceptrum et dux, regiam dignitatem, et ius contendandrum legum, esse expressa.* Nam qui rex est legem condere potest et vivendi normam prescribere. Unde illi ut in Psalmō centesimo septimo, v. 9, Iuda, ad quem pertinabat sceptrum, quicque à septuaginta Interpretibus vocatur **βασιλεὺς**, in Vulgata **rex**, Hebraice dicitur **מֶלֶךְ**. Apud Iosiam (c. 55, v. 22), Deus, qui Rex regum est, eodem affectu nomine, quod expounit Septuaginta **βασιλεὺς**, Vulgata **Regifer**, cui adsonat et **Jonathan**. At non quisquis rex potest, prouinde et rex est. Iure Hebreis positus Moses, Atheniensibus Solon, Lacedemoniis Lycagus, quorum tamen nullus rex rex fuit. Quamobrem Ahen Ezra, et R. David Kimchi, et R. Selomoh, vocabulum istud in oraculo Jacobī rediunt, **Dominum et Princepem**; R. Lipman in libro Nit-

zachon, שָׁׂמֵחַ, Dominatorem; non verò dixerunt **Regen**. Ergo regis potestas major est, legumlatoris angustior. Prior potestatem, juxta Prophetarum vaticinationes, verò obtinuisse Christum Jesum, et paulo superius ostendimus, et in Parallelismo etiam infra probabimus. Legum quoque forendarum jus, etsi regia potestate contindatur, seorsum tamen Christo tribuitur; uti, præter alia testimonia in Parallelismo quoque a nobis afferenda, vel unum hoc Isaiae declarat: *Non erit tristis, neque turbulentus, donec panus in terra judicii, et legem ejus insidie expectabunt.* Ait deinde Jacobus: *Donec veniat qui mittendus est;* Hebraicē, *donec veniat נֶגֶשׁ:* quā vox Messiam notari consentiunt Chaldaic Paraphrasse, et Thalmudista, aliique magistri quos supra adduxi in testimonium. Existimárunt multū legisse Hieronymum, **וְנִילָשׁ בְּתַלְשׁ, misit:** que lectio Judecis nonnullis, et Steucho postmodum, Huntleo ac Grotio placuit; Chaldaic quoque ipsum fuisse secutus, at Judaeos deinde adulterasse, censem Steucho; Grotius verò approbare eam satagit, cùm ex aliis Scriptura sacra locis, in quibus Messias à Patre misit: dormitionis enim a semi vocabulum mortis esse dicitur, adhibitus ad id significandum verbis **ἀποτίθειν** et **ἀπονέμειν**, tum maxime ex nono capitulo Joannis, vers. 7, ubi agitur de natatoris Siloe, quod interpretatur *Misiss*; que loca ad id Jacobī vaticinum spectare putat. Fuit in eidem opinione Eusebius, eamque libro septimo Demonstrationis prodiit, et Grotius id argumentum ex Siloe petuum subministravit. His addi poterant testimonia quedam auctorum sacrorum, in quibus nomen **Ἐγγεῖος**, *venturus*, Messias proprium videtur esse et characteristicum. Quale illud est discipulorum Joannis ad Christum (Math. c. 41, v. 5): *Tu es qui venturus es, an alium expectabis?* et hoc Pauli ad Hebreos (Hebr. c. 10, v. 37): *Aduo enim modicum aliquantulum: qui venturus est veniet, et non tardabit;* quod ex secundo capite Habacuc. v. 5, deponunt est; et hoc Epistole ejusdem (Hebr. c. 10, v. 7) ex persona Messiae: *Tunc dixi: Ecce venio: quod est tricesimo nono Psalmō prodiit.* Quòd referunt et hoc Samaritanæ ad Christum (Joan. c. 4, v. 26): *Scio quia Messias venit* (qui dicitur Christus; cùm ergo veniret ille, nobis annuntiabit omnia; atque id etiam Aggei (2, 8): *Ei veniet desideratus cunctis gentibus.* Venturus autem et mittendus reciprocata sunt. Verum tantis licet suffragiis, tanisque argumentis se tueant hec opinio, ab eis tamen me revoeat minus Samaritanæ exemplaris auctoritas, ex cuius dialecticæ intelligitur, eam, qua nunc obtinet in Hebreis contextu, scripturam esse velutissimum, nec ullus vitiositas suspectam. Nec abhorret à vero legisse Hieronymum **וְנִילָשׁ**, etiam si vocis hojas origine repetiviter à **תַלְשׁ**; quidni enim crediderit **רַ** in **רַ**, ejusdem instrumenti litteram, mutari possit per variationem dialectorum, ut mutatur nonnunquam in **רַ**? Nihilò magis septuaginta Seunum, interpretationi assentiri possum: *Εοι δε οἴδη τὰ ἀναπληρώματα αὐτῷ, vel, ut alii legunt, ὡς ἀπίστευτοι, vel, iuxta nonnullos, ἐπίστευτοι.* His significatas putat Eusebius (Euseb. Dem. lib. 8) Dei promises, quibus futurum sponponit